



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigessimvm-Octavvm De Matrimoniis, &  
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de**

**Lugduni, 1669**

Qualiter coniuges petere debitum possint, & teneantur reddere. §. 1.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)



explicat D. Thom. Caietan. Cornelius, Iustinian alisque expolitores tibi, noluit Paulus significare coniuges grauiores carnis tentationis parique quam eos qui matrimonio iuncti non sunt: sed declarat anxietudines, & tribulationes, quas coniuges frequenter patiuntur tum in filiis procreandis, tum in domesticis alendis, tum in se inuicem supportando: hæc enim omnia cum ad corpus pertineant, tribulationem carnis Paulus appellauit, vt teneatur precitati Doctores.

2. Ex his inferitur nullum esse peccatum, si coniuges copulentur ob aliquem ex prædictis finibus, quia operantur ad finem à Deo præordinatum: vt bene tradit Durand. in 4. d. 3. 1. quæst. 4. Paludan. quæst. 2. art. 3. Ioann. Maior. quæst. unica concl. 4. Nauarr. cap. 16. num. 32. Michaël de Medina de sacrorum hominum continentia lib. 3. c. 13. Philiate. de officio Sacerdot. 2. part. lib. 4. cap. 19. Coninch. disp. 34. dub. 7. concl. 1. Saa. verbo debitum num. 5. Paul Layman. lib. 5. sum. tract. 10. 3. part. cap. 4. num. 2. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 2. Neque hanc rectitudinem tollit, tamen si coniuges, orationibus, alijsue medijs possent concupiscentiam sedare, quia est consilium esset illis vt, nullo tamen præcepto astringuntur ob eorum vnum ab vltio coniugalis copulæ abstinere, cum sit medium à Deo institutum, & ab Apostolo commendatum, vt rectè notauit Laym. d. cap. 4. num. 2.

3. Verùm si ob alios fines extrinsecos copulam habeas scilicet, ob voluptatem carnis, communiter Doctores docent peccatum veniale committere: quia alienum est à ratione naturali velle bonum delectabile consequi medio nullam per se honestatem habente: vt ex communi sententia tradit S. Thom. in 4. d. 3. 1. quæst. 2. art. 3. Bonauent. art. 3. q. 3. Sanch. alius relatis, lib. 9. disp. 11. num. 4. At oppositum verius credo, & quidem de copula habita ob sanitatem corporis docent, Ioan. Maior. in 4. d. 3. 1. q. unica concl. 3. Hentiq. lib. 1. tract. 10. 5. num. 5. Coninch. disp. 34. dub. 1. concl. 2. num. 10. Basil. Ponce. lib. 10. cap. 8. num. 9. Si enim licitum est, & rationi rectæ consensum coniugali copula vt in conseruationem speciei, cur non liceat ea vt ob conseruationem proprii individui, cum ad huius conseruationem secundariò saltem referatur? sicuti bene alius relatis arguit Paul. Layman. lib. 5. sum. tract. 10. par. 3. cap. 4. num. 2. De copula vero ob voluptatem inde capiendam, si nimia non sit, probat alius allegatis Basil. Ponce dicto c. 8. n. 8. Non enim rationi dissonum est velle delectationem eorumque copulæ coniugali, quæ ex se actus est iustitiæ, vt latius dixi disp. præced. p. 10.

4. Supererat dicendum qualiter matrimonium possit illegitimam prolem legitimam reddere? Sed de hac qualitate satis abundè diximus, tract. 1. 3. de beneficiis, disp. 4. punct. 1. neque aliquid nouum occurrit notandum.

PUNCTUM IV.

De potestate petendi debitum, & obligatione reddendi, quam coniuges habent.

S. I.

Qualiter coniuges perere debitum possint, & teneantur reddere?

- 1. Vnusquisque coniugem alteri teneatur debitum reddere.
- 2. Debet tamen peti tanquam debitum.
- 3. Nec est necesse verbis exprimi petitio, sed sufficit signis.
- 4. Non est tacita petitio, quod alter periculum incontinentiæ habeat.
- 5. Negatio debiti legitime petiti, peccatum mortale est.
- 6. Obligatus est coniugem simul cum coniuge habitare, nisi necessitas conseruandi familiam urgeat.
- 7. Item obligatus est coniugem conseruare viros necessarias ad debitum reddendum.

1. **E**X potestate à Deo accepta vnusquisque coniugem alteri in vnoquoque resultat potestas vtendi corpore alterius, & obligatio reddendi, si petatur. Sic omnes Doctores Catholici eam doctrinam colligentes ex Paulo, 1. Corinth. 7. *Vxori vir debitum reddat, similiter & vxor viro.* Non enim dixit Paulus: *Vt debitum petat, sed reddat,* quia petitio coitus libera est, neque coniugem arctat quantumvis variis tentationibus vexetur, potest enim orationibus, ieiunijs, alijsque medijs periculo incontinentiæ consulere. Quapropter sola redditio est in præcepto, & obligat, sub mortali, cum debitum petitur tanquam debitum sine expressis, sine tacite, serio, constanter, & rationabiliter, vt ex omnium sententia tradunt S. Thom. in 4. disp. 32. q. unica art. 2. quæstio. 1. Durand. q. 1. art. 1. Nauarr. cap. 16. num. 26. Paul. Layman. lib. 5. tract. 10. par. 3. c. 1. num. 1. Coninch. disputat. 34. de matr. dub. 2. conclus. 3. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 1. 1. num. 59. Basil. Ponce, lib. 10. de matr. c. 2. num. 4.

2. Expendenda sunt verba huius obligationis. Vt igitur obligeris sub mortali reddere debitum Nam si constet, solum tibi peti ex gratia, & benevolentia absque animo inducendi obligationem, negatio debiti eo casu peccatum non erit, quia non est petenti iniuriola, cum non ex iustitia petat: vt bene aduertit Rebel. de matr. lib. 2. q. 16. sect. 1. Gaspar Hurtado dicta disp. 10. difficult. 1. 1. num. 51. Deinde debet peti serio, & constanter, quomodo petendi indicatur peti tanquam debitum, sibi que molestum esse si denegetur. Item debet petitio rationabilis esse, non immoderata quod prudentis arbitrio spectata coniugum condicione diiudicandum est.

3. Neque oportet prædictam petitionem verbis exprimi, sufficit si aliquibus signis indicetur, æpe enim femina naturali pudore impedita non audent expressè debitum petere, sed solum aliquibus signis satè animum indicant, quod sufficiens est, vt vir teneatur reddere, vt est omnium sententia. Et idem est ratio contingere potest in viro comparatione femina: à qua ob eius auctoritatem, vel morum asperitatem debitum non audeat expressè petere, sed tacite, cui femina tenetur sub obligatione annuere, vt rectè notauit Sanch. lib. 9. disp. 2. n. 4. & 5. Basil. Ponce lib. 10. cap. 2. n. 2.

4. Addit Basil. esse tacitum petendi genus, si coniugi periculum incontinentiæ subit, nisi tu cum ea copulam habeas, tamen ad illam habendam necessarium sit quod debitum exigas, illa enim debiti exactio, redditio est debiti à necessitate petiti. Quippe matrimonium in concupiscentiæ remedium institutum est, ac proinde ex illo videntur coniuges obligari sibi inuicem pericula incontinentiæ remouere. Sed rectius Coninch. disp. 34. dub. 2. conclus. 2. num. 14. Gaspar Hurtado disp. 10. difficult. 1. 1. num. 46. censent ex matrimonij contractu te obligatum non esse ab alio debitum exigere, vt periculum incontinentiæ in eo vitas, quia per matrimonium tuum corpus alteri tradis, vt eo vitatur, cum sibi rationabiliter placuerit, non autem vt cum obliges ad illius vsum: aliàs obligatus esses petere debitum, tamen agnosceres coniugem non conseruatum. Quod verò matrimonium in concupiscentiæ remedium institutum sit, id solum probat quemlibet coniugem potestatem habere corpore alterius vni, vt in se concupiscentiam sedet, & obligationem reddendi cum sibi fuerit postulatum, vt in altero incontinentiam euitet. Illud verò est certum obligatum esse quemlibet coniugem incontinentiæ pericula ab alio coniuge remouere, sicuti & quodlibet aliud peccandi periculum: ratione enim mutue subordinationis vnusquisque alterius saluti consulere tenetur, vt bene notauit Coninch. d. dub. 2. n. 5.

5. Verùm est negatio debiti sic petiti regulariter peccatum mortale sit, si nulla subit legitima causa negandi, aliquando, inquit Eman. Saa. verbo debitum, num. 18. Sanch. lib. 9. disp. 2. a. n. 10. Basil. Ponce, lib. 10. cap. 2. num. 5. Paul. Layman. & Coninch. supra. veniale peccatum esse ob leuitatem materiae, vt si non absolute negasti, sed aliquantulum distulisti, aut si aliqua regeneratione à petitione coniugem auertisti, Quinimo Basilio placet, si negatio continua non sit, sed vna, vel altera vice, aut si petenti mane reddas nocte non esse mortale secluso incontinentiæ periculo. Quod probandum non censet. Tum quia vnica negatio debiti serio, instantè, & legitime petiti grauis materia esse videtur, & sufficiens occasio excitandi rixas, discordias, & inimicitias inter coniuges. Tum quia periculum incontinentiæ frequenter timei potest, si renuas debitum concedere tempore quo coniugis ad coitum excitatus est, neque huic periculo consuli nocturna concessione debiti mane postulari. Quocirca cautè procedendum est, & potius præstat petenti absque difficultate annuere, quam aliquam in redditione difficultatem ostendere, ne coniugalis amor minuat, & ad illicita percutrat.

6. Hinc inferes, obligatum esse coniugem simul cum coniuge habitare, neque posse ea renuente longam peregrinationem, & rebus domesticis augendis, vel conseruandis non necessariam instituere. At si necessitas alenda familiae postulet non debet peregrinationem omittitè, vt voluptati coniugis satisfaciatur. Breues autem peregrinationes vsus, & consuetudo in viuis permittit, secus in feminis viro non consentiente: vt hæc omnia tradit Sanch. lib. 9. disp. 4. per totum Coninch. dub. 2. in fine.

7. Secundo inferes obligatum esse coniugem conseruare viros necessarias, vt debitum iuste petitur reddere possit, quia est medium necessarium, vt obligationi reddendi debitum satisfaciatur, sicuti notauit Basil. Ponce, lib. 10. cap. 2. num. 6. Vnde si aduertit pollutionibus voluntarijs aut copula cum alienis, se reddi notabiliter impotentem ad coniugalem vsum, sine dubio peccat contra iustitiam, & ius debiti matrimonij, vt aduertit Sanch. lib. 9. disp. 3. num. 3. Basil. Ponce, d. cap. 2. num. 6. Layman. lib. 5. tract. 10. 1. part. cap. 1. num. 2. Quinimò obligatus est à ieiunijs, & penitentijs etiam præceptis abstinere, si ob illorum executionem aduertat ab usu coniugali impediti, quia obligatio iustitiæ, quam excurrere non potest cuiuslibet alteri obligationi preferenda est: raro tamen hic effectus ex obseruatione præcepti Ecclesiastici



provenit; ad summum namque vires minuantur aliquantulum, quod nullius considerationis est, neque à præceptis exequendis excusat. Atque ita docent Navarr. *cap. 2. l. num. 6.* Sanch. *lib. 9. disp. 3. num. 10.* Valen. *2. 2. disp. 9. q. 2. punct. 5. vers. necessestas excusat.* Coninch. *disp. 34. dub. 2. num. 18.* Galpar Hurtado *disp. 10. de matrim. difficult. 11. num. 50.* Basil. Ponce. & Layman *supra.* Ob eandem rationem vxor aduertens ob se iunia se reddi pallidam, vel deformem; ita vt viro occasionem præbeat, vt ab ea animum auertat, & ad alienas se applicet, obligata est à prædictis desistere. Sic Sanch. Basil. Hurtado, & Coninch *supra.*

## § II.

Qualiter coniugibus, & sponsis liceant amplexus, oscula, & tactus impudici?

1. *Seculsa causa virgine tactus impudici mortales sunt, si ad se pollutionis periculum.*
2. *At causa virgine prædicta licent in coniugibus.*
3. *Prædictos tactus exercitios, ubi copula haberi nequit, aliquibus placet esse mortales. Verius est oppositum.*
4. *Quando exercentur ab vno coniuge in absentia alterius, mortales sunt iuxta communem sententiam.*
5. *Probabile est à mortali excusari.*
6. *Tactus, quibus membra virile, in vas præposterum femina reficitur mortales sunt: qui dquid alij contra sentiant.*
7. *Sponsis de futuro licita sunt oscula, amplexus, & tactus alias honesti, secus de se turpes.*

1. **F**erè omnes Doctores conveniunt, tactus in partibus verendis seculsa causa virgine esse mortales, si ad se pollutionis periculum etiam non intentat. Nam esto huiusmodi tactus liciti sint coniugatis; eo quod sit via, & medium ad copulam habendam: at cum sub hac ratione non assumuntur, si periculum ad se pollutionis, illiciti omnino redduntur, quippe tam coniugatus, quam solutus tenetur non procurare feminis effusionem: at adhibere causas proximè & per se pollutionem excitantes, sicuti sunt tactus turpes, est virtualiter pollutionem procurare. Ergo in eo euentu prædicti tactus omnino illiciti sunt. Atque ita ex omnium sententia tradit Sanch. *lib. 9. de matr. disp. 4. §. num. 16. in ulto num. 34.* Vazq. *l. 2. disp. 11. §. cap. 2.* Coninch. *disp. 34. dub. ult. concl. 2. & alij passim.*

2. Notanter dixi *seculsa causa virgine*: nam ex huius interuentu pollutio ex prædictis tactibus subsecuta non censetur volita, & procurata, sed permilla, vt Chirurgus tangens verenda læsi cum pollutionis periculo abique periculo consentens à peccato excusatur. Quia ratione amplexus, oscula, & tactus alias honestos à mortali in coniugibus excusant, etiam si pollutionis non intentat periculum ad se, quia ad se virgine causa eos exercendi; nempe ad mutuum amorem indicandum, & fovendum, sicuti bene notavit Sanch. *lib. 9. disp. 4. §. num. 38.* Secus verò dicendum de tactibus inhonestis, tamen ab altero coniuge petantur, quia interueniente pollutionis periculo, non habet ius illos petendi, ideoque cessat causa virgine, que illos honestare possit, esto contrarium videatur sentire Sanch. *dista disput. 4. §. num. 3. cuius doctrina corrigitur ex temperamento, & limitatione ab ipso ibidem posita.*

Seculsa autem pollutionis periculo prædicti tactus alias turpes, & inhonesti liciti sunt in coniugibus. Si enim copula coniugalis illis licita est, licere debent media, quæ ad ipsam per se referuntur, sicuti tradunt Doctores prædicti.

3. Solum est dubium, quando prædicti tactus exercentur eo in loco, in quo copula coniugalis haberi nequit, vel exercentur abique animo habendi copulam, sed solum ob captandam eorum delectationem. Tunc enim non videntur licere, cum cesset causa, ob quam permittuntur scilicet iuvare naturam ad copulam coniugalem. Sic Antonin. *3. p. tit. 1. cap. 20. §. 6.* Syluest. *verbo Debitum. q. 9. numero 7.* Margarita Confessorum *6. præcepto casu. 7.* Humada *super leg. 2. tit. 1. part. 1. glossa. 2. num. 18.* Sed rectius Sanch. *lib. 9. disput. 4. §. num. 12.* Vazq. *l. 2. disp. 11. §. num. 3. & 4.* Coninch. *disp. 34. dub. ult. in fine.* Galpar Hurtado *disp. 10. difficult. 10. num. 46.* excusant prædictos tactus, oscula, & amplexus à culpa lethali, quia non honestantur ex copula, ad quam suapte natura referuntur, sed ex matrimonio, quod ius ad copulam tribuit, & consequenter ad media, quæ per se ad habendam copulam referuntur.

4. Gravior difficultas est, Quando prædicti tactus ob eorum delectationem exercentur ab vno coniuge in absentia alterius, an eo casu sint mortales? Et quidem si coniux absens speratur proximè venturus, prædicti tactus culpa vacant, si eos exerceat animo copulam cum illo habendi, quia cen-

sensus es quasi in præsentia illos exercere, & te ad coitum coniugalem præparare, vt bene Vazq. *l. 2. disp. 11. §. num. 4.* At si habeatur prædicti tactus abique animo coniugalis copulæ sola causa percipiendæ voluptatis, credit Vazq. *supra.* & Armilla, *verbo Impudicitia. num. 3.* esse mortale. Moueri possunt, quia ex matrimonio non habes potestatem tuo corpore vtendi, nisi quatenus necessarium est, vt ab altero debitum petas, vel illi reddas, at in præsentia casu nec debitum petere, nec reddere intendis. Non igitur tibi licet prædictus vltus. Deinde illi tactus, & carnis commotio ex se referuntur ad pollutionem, vel coitum. Ad coitum autem vt impossibile nequam referri possunt. Restat ergo, vt ad pollutionem referantur. Ergo sunt omnino illiciti.

5. Ceterum etsi prædicta sententia tenenda, & consulenda sit, oppositam autem, quam defendit Sanch. *lib. 9. disp. 4. §. num. 16.* Ochagavia, *tract. 5. de matr. q. 12.* Galpar Hurtado *disp. 10. difficult. 10. num. 47.* probabilem esse censo, eo quod illi tactus, vt potè coniugis natura sua referuntur ad copulam coniugalem, à qua relatione non eximuntur, ello copulam non intendas, vel impossibile sit ob alterius coniugis absentiam. Hæc enim per accidens contingunt, quæ relationem intrinsecam illorum tactuum non mutant. Præterea sicut ex matrimonio provenit copulæ coniugali honestas, sic tactibus, qui copulæ deferuntur possunt, tamen per accidens non deseruiant.

6. Sed quid dicendum de tactibus, quibus membrum virile in vas præposterum feminae intromittitur, vel in eius superficie reficitur animo non ibidem consummandi, sed se excitandi ad consummationem in vase naturali. Aliquibus videri possit hoc non esse peccatum mortale, quia licitum est iuvare naturam tactibus ad copulam coniugalem: illi autem tactus etsi videantur ad Sodomiticam copulam referri, de facto tamen non referuntur. Ergo eorum inordinatio culpam venialem non excedit. Quod confirmari potest ex eo quod tactus, quibus pudendum in os feminae intromittitur, vel in eius cura reficitur abique animo ibidem consummandi, sed potius animo coniugalem copulam habendi, communiter Doctores tenent teste Sanch. *lib. 9. disp. 17. num. 4. & 5.* non esse culpam mortalem, tamen illa membra coniugali copulæ apta non sunt. Ergo idem erit de vase præposterum: atque ita indicat Navarr. *l. 5. consilior. tit. de penitent. & remiss. cons. 7.* Et de reficitur pudendi in superficie vas præposterum affirmat expressè Sanch. *dista disp. 17. num. 1.* culpam venialem non excedere, tamen de intromissione pudendi in vas præposterum contrarium sentiat. Ceterum non solum de intromissione membri virilis in vas feminae præposterum (quod certum esse debet), sed etiam de reficitur illius in prædicti vas superficie, ex ultimo esse peccatum mortale, tamen ab se periculum pollutionis, & fiat animo consummandi in vase naturale feminae, quia prædicti tactus censendi sunt Sodomiticæ copulæ inchoatio, eo quod ex se, & spectata eorum natura ad ipsam referantur, quam relationem non tollit agentis intentio. Secus est cum os feminae, vel eius cura, aliaque corporis partes tangendæ assumuntur ad excitandam naturam, quia spectata coniugum conditio, & frequentis vsu, & consuetudine se cognoscendi illis partibus veniunt, vt maiori cum voluptate copulam coniugalem habeant: sic docuit Basil. Ponce. *lib. 10. cap. 1. num. 5.*

7. Superest dicendum de sponsis de futuro? Breviter respondeo illis licitos esse amplexus, oscula, & tactus alias honestos, secus de se turpes, quia ratione contractus iuribus habere videntur vtendi illis mediis ex se indifferentibus que mutuum amorem excitant, & fouent, ideoque sic est vsu, & consuetudine introductam, abesse tamen debet pollutionis, vel coitus periculum: sic docent Navarr. *cap. 14. n. 18. & cap. 16. num. 12.* Valen. *2. 2. disp. 9. q. 3. p. 3. ad finem.* Saa *verbo, Incuria. §. oscula, & tactus.* Sanch. plures referens, *disput. 4. §. num. 48.*

## § III.

Qualiter coniuges vt matrimonio debeant vt à culpa immunes sint?

1. *Vasi naturali viri debent, nec est mortale, etiam si in accidenti aliqua sit variatio.*
2. *Affirmant plures coniuges copulam incipientes, obligatos esse eam absolueri. Alij prædictam sententiam temperant.*
3. *Quid sentiendum?*
4. *Non est opus, vt viriusque coniugis seminatio concurrat.*
5. *Femina prius seminans obligata est expectare viri seminationem.*
6. *Verius est recedente viro non esse licitum femina se promouere ad seminandum.*
7. *Si post contractum matrimonium nequeat vir intra sua seminare, dum est aucta impotentia copulam possunt, secus si certa sit.*